

SECTIO VIGESIMA TERTIA.

I. De Lilio.

De Herbis radicibus bulbosis.

Radicem bulbosam voco, quæ unico constat tubere seu capite, fibras plurimas ex ima sede seu basi emittente, R. Meth. p. 151.

Herbæ radice bulbosa sunt vel radice

Squamosa, caule multis foliis cincto, florum petalis rectoribus, floribus etiam ipsis erectis: *Lilium Album.*

Tunicata, odore

Gravi, flosculis multis è summo caulis fastigio enatis, & in Umbellam aut Corymbum diffusis, foliis

Fistulosis, capitulis non proliferis, grandibus, esculentis, major & elatior, caule in ventrem utrinque turbinatum intumescente: *Cepa.*

Solidis & planis, longis, gramineis, bulbo E multis nucleis seu spicis composito, odore graviore, caule recto, sativa: *Allium.*

Simplici, non composito ex nucleis, floribus minus speciosis, elatior & major, radice angusta, odore mitiore, flosculis plurimis in sphaeram conglobatis: *Porrum.*

Nulla aut minus gravi, floribus hexapetalis, nudis, fructum seu vasculi feminalis ex basi coherentibus, caulibus aphyllis; floribus in singulis caulibus pluribus,

Maritima, bulbo grandi, floribus folia antevertentibus: *Scilla.*

Mediterranea, staminulis florum tenuibus, florum petalis unicoloribus: *Hyacinthus.*

Solida; floribus in singulis caulibus singulis, folia antevertentibus, ab ipsa radice ortis, erectis,

Major foliis latis Autumno florens: *Colchicum.*

Minor foliis angustis gramineis: *Crocus.*

Floribus erectis & eorundem petalis non reflexis ab aliis hujus generis differt.

A. 1. *Lilium album*, Offic. Ger. 146. Emac. 190. Raii Hist. ii. 1109. *Lilium album* vulgare, J. B. ii. 685. Chab. 297. Park. Parad. 39. Tourn. Inst. 369. Elem. Bot. 297. Rupp. Flor. Jen. 118. *Lilium album* flore erecto & vulgare, C. B. Pin. 76. Boerb. Ind. A. ii. 137. *Lilium album* vulgare & odoratum flore erecto, Hist. Oxon. ii. 409. *White Lily*. In hortis frequens. Junio floret. In Usu sunt, Radix, Flores. Vires. Flores moderate calfaciunt & humectant, partium sunt diversarum, & anodynæ, digerunt, maturant. Radix emollit, maturat. Usus externus in Tumoribus maturandis & leniendis, in clavis pedum tollendis, in pudendis parturientium emolliendis, in ambustis emendandis. Vide plura apud *Tilingium in Hist. Lili.*

A. 2. *Hemerocallis*, Offic. *Hemerocallis*, *Lilium rubrum*, Mont. Ind. 44. *Lilium aureum*, Ger. 148. Emac. 192. Park. Parad. 38. *Lilium purpureo-croceum* majus, C. B. Pin. 76. Tourn. Inst. 369. Elem. Bot. 297. Boerb. Ind. A. ii. 137. Hist. Oxon. ii. 411. Rupp. Flor. Jen. 118. *Lilium rubens* croceum majus, J. B. ii. 688. Raii Hist. ii. 1110. *Lilium rubens* vel croceum majus, *Hemerocallis*, Chab. 236. *Red Lily*. In hortis colitur. Junio & Julio floret. Usu. Radix, Folia. Vires. Radix pota, aut cum melle & lana in pectore apposta, aquam educit & sanguinem. Folia trita mammarum inflammationes à partu contractas, oculorumque collectiones mitigant. Radix & Folia igne ambustis utilissime illinuntur, Diosc. Radix aperit, Mont. Ind.

A. 3. *Martagon*, Offic. Buxb. 209. Dill. Cat. Giff. 93. *Martagon sylvaticum*, Rupp. Flor. Jen. 118. *Martagon montanum* five sylvestre minus, Park. Parad. 31. *Lilium montanum* minus, Ger. 150. Emac. 196. *Lilium* floribus reflexis montanum, C. B. Pin. 77. Elem. Bot. 297. Raii Hist. ii. 1112. *Lilium* floribus reflexis montanum flore rubente, Tourn. Inst. 370. Boerb. Ind. A. ii. 135. *Lilium* flore nutante ferrugineo minus, J. B. ii. 692. *Martagon*, or *Turks Cap*. In hortis. Junio floret. Usu. Radix. Vires. In Officinis nostris radici *Asphodeli lutei* substituitur, Buxb. Pueris appendit vulgus contra dentitionem difficilem, Rupp.

II. De

II. De Cepa.

NOtæ sunt, Folia fistulosa; radices magnitudine insignes, non proliferæ; caulis in ventrem utrinque turbinatum intumescens.

A. Cepa, *Offic.* Cepa vulgaris, C. B. Pin. 71. *Elem. Bot.* 304. *Raii Hist.* ii. 1116. *Hist. Oxon.* ii. 383. Cepa alba & rubra, *Ger.* 134. *Emac.* 169. *Park. Parad.* 512. Cepa vulgaris floribus & tunicis candidis & purpurascens, *Tourn. Inst.* 382. *Boerb. Ind. A.* ii. 144. *Rupp. Flor. Jen.* 123. *Buxb.* 62. Cepa rubra & alba, rotunda & longa, *J. B.* ii. 547. Cæpa vel Cæpe, *Chab.* 200. **Onions.** In hortis feruntur. Julio florent. In *Ufu* sunt radices, semina. *Vires.* Calidæ sunt, partium crassarum, adeoque flatulentæ. Utiles sunt iis, qui frigidis & viscidis abundant humoribus, *R. H.* p. 1116.

III. De Cepastro.

Foliis fistulosis, graveolentibus cum Cepa convenit; radicibus proliferis, & caulibus non ventricosi ab ea differt.

A. 1. Allium sylvestre, *Offic.* *Ger. Emac.* 171. *Park. Theat.* 870. *Raii Hist.* ii. 1117. *Synop.* iii. 369. *Mer. Pin.* 4. Allium sylvestre tenuifolium, *Volck. Flor. Ner.* 17. *Merc. Bot.* i. 17. *Phyt. Brit.* 4. Allium campestre juncifolium capitatum purpurascens majus, C. B. Pin. 74. *Dill. Cat. Giff.* 112. Cepa juncifolia minor, purpurascens, *Tourn. Inst.* 383. Cæpa sylvestris tenuifolia, prolifera & florifera *Rand. Boerb. Ind. A.* ii. 144. **Crow Garlic.** In arvis. *Ufu.* Radix. *Vires.* Cum Allio sativo viribus convenit.

A. 2. Cepa ascalonica, *Offic.* Cepa ascalonica, *Matth.* i. 556. *Hist. Oxon.* ii. 383. *Tourn. Inst.* 382. *Elem. Bot.* 304. *Boerb. Ind. A.* ii. 144. *Rupp. Flor. Jen.* 123. Cepa ascalonica sive fistilis, *J. B.* ii. 551. *Chab.* 200. Cepa sterilis, C. B. Pin. 72. Cepa ascalonica sive ascalonitides, *Park. Parad.* 513. Ascalonitides, *Ger. Emac.* 170. **Warren Onions, Cichalos.** In hortis culinarum usus colitur. *Ufu.* Radix. *Vires.* Excalfacit, & siccit, incidit, aperit, provocat, dejicit; cibi appetentiam facit; vermes intestinorum necat, *Matth.*

A. 3. Schœnoprasum, *Offic.* *Ger.* 139. *Emac.* 176. *Park. Theat.* 870. Porrum sectivum juncifolium, C. B. Pin. 72. Porrum juncifolium, *Offic. Comm. Plant. Usual.* 65. Porrum se-

ctivum & Schœnoprasum quorundam, *J. B.* ii. 553. *Raii Hist.* ii. 1117. *Chab.* 200. Cepa sectilis, *Rupp. Flor. Jen.* 123. Cepa sectilis juncifolia perennis, *Hist. Oxon.* ii. 383. *Tourn. Inst.* 382. *Elem. Bot.* 304. *Boerb. Ind. A.* ii. 144. **Cives or Chives.** In hortis etiam reperitur. *Ufu.* Folia. *Vires.* Cum Cepis viribus convenit. In culinis pro olere crudo usurpantur.

IV. De Allio.

NOtæ sunt, Bulbus à multis nucleis seu spicis compositus; odor gravis, vehementior; caulis rebus, singularis, *R. H.* p. 1125.

A. 1. Allium, *Offic.* *Ger.* 141. *Emac.* 177. *Park. Theat.* 513. *Raii Hist.* ii. 1125. Allium sativum, C. B. Pin. 73. *Hist. Oxon.* ii. 387. *Buxb.* 15. *Tourn. Inst.* 383. *Elem. Bot.* 304. *Boerb. Ind. A.* ii. 147. *Rupp. Flor. Jen.* 122. Allium vulgare & sativum, *J. B.* ii. 554. **Garlick.** In hortis. Junio floret. *Ufu* est Radix. *Vires.* Calfacit, & siccit, incidit, aperit, discutit; alexipharmacum est. Usus præcipuus internus & externus in colica flatulenta, lumbricis, peste, tussi, calculo, scabie, urinæ obstructione, hydropse, &c.

A. 2. Ophioscorodon, *Offic.* *Ger. Emac.* 181. Scorodoprasum alterum bulbofo & convoluto capite, *Park. Theat.* 872. *Raii Hist.* ii. 1120. Allium sativum alterum, sive Allioprasum caulibus summo circumvoluto, C. B. Pin. 73. *Hist. Oxon.* ii. 387. *Tourn. Inst.* 383. *Elem. Bot.* 304. *Boerb. Ind. A.* ii. 145. *Rupp. Flor. Jen.* 122. Allii genus Ophioscorodon, *Chab.* 201. Allii genus Ophioscorodon dictum quibusdam, *J. B.* ii. 559. **Tipers Garlick, Rocambole.** In hortis colitur. Julio floret. *Ufu.* Radix, nuclei. *Vires.* Cum præcedente viribus convenit; mitior tamen est.

A. 3. Ampeloprasum, *Offic.* *Matth.* 552. *Comp.* 299. *Lugd.* 1543. *Cam. Epit.* 323. Allium montanum bicornæ, an Ampeloprasum *Raii Cat. Angl.* ii. 12? Allium montanum bicornæ, purpureum, proliferum, *Raii Synop.* iii. 169. *Tourn. Inst.* 384. Porrum sylvestre vinearum, C. B. Pin. 72. *Tourn. Inst.* 382. *Elem. Bot.* 303. *Garr.* 376. **French Lack.** In montosis, pratis, & in hortis botanicis reperitur. Junio floret. *Ufu.* Radix. *Vires.* Contra serpentium morsus convenit, *Diosc.*

Ampeloprasii nomine quam plantam intelligant. Rei Botanice Auctores, ab optimis & nuperis Scriptoribus plurimum dubitatur, aliis aliud illud

illud referentibus; in quam incertitudinem inducuntur sunt ex eo, quod *Dioscorides* illud non descripserit. Quatuor apud *C. Bauhinum* herbarum species invenio, quibus hoc nomen ab aliis etiam Botanicis tribuitur; e quibus hanc, quæ plura habet suffragia, elegi.

V. De Moly.

AB *Allio flore majore, & speciosiore, & odore minus gravi differt*, *Raii Meth. A. 120.*

A. 1. Moly, *Offic. Dioscorideum, Ger. 143. Emac. 183. Park. Parad. 145.* Moly *Dioscoridis* parvum quibusdam, *J. B. ii. 568. Raii Hist. ii. 1123.* Moly *Dioscoridis* parvum quibusdam, flore candido, *Chab. 204.* Moly angustifolium umbellatum, *C. B. Pin. 75. Boerb. Ind. A. ii. 146.* Moly angustifolium umbellatum album, *Hist. Oxon. ii. 393.* Allium angustifolium umbellatum album, *Tourn. Inst. 385.* **Moly of Dioscorides.** In hortis colitur. Aprili floret. *Ufu.* Radix. *Vires.* Ad vulvæ apertiones, si trita cum Irino unguento in pello subjiçitur, *Diosc.*

A. 2. Moly *Theophrasti, Offic. Moly Theophrasti magnum, J. B. ii. 568. Raii Hist. ii. 1122.* Moly *Theophrasti* magnum, floribus albis, stellatis, *Chab. 204.* Moly *Homerium, Ger. 144. Emac. 183.* Moly *Homerium* vel potius *Theophrasti, Park. Parad. 141.* Moly latifolium liliflorum, *C. B. Pin. 75. Boerb. Ind. A. ii. 146.* Moly latifolium flore albo, *Rupp. Flor. Jen. 122.* Allium latifolium liliflorum, *Tourn. Inst. 384.* *Ornithogalum Indicum* latifolium floriferum, sphaericum, colore colossino aut albo, *Hist. Oxon. ii. 380.* **Moly of Theophrastus.** In hortis curiosorum non infrequens nascitur. Junio & Julio floret. *Ufu.* Radix. *Vires.* Cum præcedente viribus convenire creditur.

A. 3. *Victoralis, Offic. Schrod. l. iv. p. 173.* Allium *Alpinum, J. B. ii. 566. Raii Hist. ii. 1122.* Allium *Alpinum, Victoralis* mas quibusdam, *Chab. 203.* Allium latifolium montanum maculatum, *C. B. Pin. 74. Hist. Oxon. ii. 388. Tourn. Inst. 388. Elem. Bot. 304. Boerb. Ind. A. ii. 145.* Allium *Alpinum* latifolium, seu *Victoralis, Ger. 142. Emac. 182.* Allium *agninum, Park. Theat. 872.* Moly *Alpinum*, latifolium, maculatum, *Rupp. Flor. Jen. 122.* **Spotted Ramsoms.** In hortis curiosorum invenitur. Junio floret. *Ufu.* Radix. *Vires.* Calfacit, & fccat, perinde ac Allium agreste, cui, & in facultatibus a-

liis per omnia simile existit. Plebi nostrati, Judæisque amuletum est familiarissimum, quo à spectris aëreque infecto se tutos persuasi sunt, *Schrod.*

VI. De Porro.

NOta sunt, Radix angusta; florum corymbi magni, seu flosculi plurimi in capitulum sphaericum grande conglobati, *R. H. p. 1126.*

A. 1. Porrum, *Offic. Parkinson. Parad. 512. Ger. 138. Raii Hist. ii. 1136. J. B. ii. 551.* Porrum vel Porrus, *Chab. 200.* Porrum capitatum, *Ger. Emac. 174.* Porrum commune capitatum, *C. B. Pin. 72. Tourn. Inst. 382. Elem. Bot. 303. Boerb. Ind. A. ii. 143. Hist. Oxon. ii. 390. Leeks.* In hortis. Junio floret. In *Ufu* sunt, Radices, folia, semina. *Vires.* Calfacit insigniter, siccaturque, attenuatur, aperit, incidit, resolvit. *Ufus* præcip. in serpentum moribus, & uftionibus, mucilaginem pulmonum. Semen urinamque ciet, *Schrod.*

A. 2. Porrum vitigineum, *Offic. Ger. Emac. 176.* Porrum tonsile, *Ger. 139.* Porrum sylvestre 11. *Tab. Icon. 485.* Allium sylvestre amphicarpon, foliis porraceis, floribus, & nucleis purpureis, *R. Synop. Edit. 2. p. 230. Wild Leeks.* In montibus Westmorlandicis observavit *D. Lawson.* Junio floret. *Ufu.* Folia. *Vires.* Stomacho nil magis quam Porrum adversatur; plus autem exalfacit; urinam, & menses vehementius ciet. Idem contra serpentium morsus convenit, *Diosc.*

A. 3. Scorodoprassum, *Offic. Chab. 201. Park. Theat. 872.* Scorodoprassum primum *Clusii, Ger. Emac. 180.* Scorodoprassum dictum, *J. B. ii. 558.* Allium sphaericeo capite, folio latiore, sive Scorodoprassum alterum, *C. B. Pin. 74. Tourn. Inst. 389. Boerb. Ind. A. ii. 145.* Allium maximum multis Porraceis foliis latioribus, sphaericeo capite ex floribus albis conflato, *Hist. Oxon. ii. 387.* Allium montanum majus Anglicum *Newtoni, Raii Hist. ii. 1125.* Allium *Holmense* sphaericeo capite, *Raii Synop. iii. 570. Wild Leeks.* In Insula *Holms* dicta copiose provenit. Junio floret. *Ufu.* Folia. *Vires.* Allii & Porri qualitatum particeps; unde promiscuas sibi vires ex utroque vendicavit.

VII. De Narcisso.

Cujus notæ, Flos è vagina membranacea eritur summo fructui insidens, in sex lacinias totidem petala imitantes divisus, calycem medium occupante; nunc longiore, nunc brevior, Raii Meth. A. p. 116.

A. 1. Narcissus, Offic. Narcissus medio-luteus, Ger. 110. Emac. 124. Narcissus medio-luteus vulgaris, Park. Parad. 74. Raii Hist. ii. 1135. Synop. iii. 374. Narcissus pallidus circulo luteo, C. B. Pin. 51. Tourn. Inst. 154. Narcissus medio-luteus cum aliquot floribus, J. B. ii. 604. Chab. 215. Common pale Daffadil, or Primrose Peersels. In pascuis, & aggeribus. Aprili floret. Usu. Radix. Vires. Cocta, sive estur, sive bibitur, vomitoria est: ambustis igni prodest; præcisos nervos glutinat; luxatis malleolis, diuturnisque articulorum doloribus subvenit; vitia cutis in facie, vitiliginisque emaculat; ulcerum sordes expurgat; abscessus rumpit; infixæ corpori extrahit, Diosc.

A. 2. Pseudonarcissus, Offic. & Anglicus, Ger. 115. Emac. 133. Pseudonarcissus Anglicus vulgaris, Park. Parad. 100. Narcissus luteus, Merc. Bot. i. 53. Phyt. Brit. 79. Narcissus seu Pseudonarcissus Anglicus, Mer. Pin. 83. Narcissus sylvestris pallidus, calyce luteo, C. B. Pin. 52. Raii Hist. ii. 1131. Synop. iii. 371. Dill. Cat. Giff. 40. Tourn. Inst. 356. Bulbocodium, Chab. 214. Bulbocodium vulgatum, J. B. ii. 593. Wild Daffadil. Circa margines agrorum. Martio floret. Usu. Radix. Vires. Cum priore viribus convenit.

VIII. De Tulipa.

Cujus notæ sunt, Radix bulbosa, tunicata; flores amplii, hexapetali, nudi, in singulis caulibus naturæ singuli, erecti; caules foliis aliquot cincti. Stylus in fructum abit oblongum, triangulum, in tria locamenta binis singula seminum Liliaceorum sibi invicem superincumbentium ordinibus repleta; quocum Lilio convenit, R. Meth. A. p. 119.

A. Tulipa, Offic. Tulipa præcox lutea, C. B. Pin. 57. Tourn. Inst. 373. Elem. Bot. 300. Boerb. Ind. A. ii. 138. Rupp. Flor. Jen. 119. Tulipa præcox tota lutea, Ger. 117. Emac. 138. Tulipa præcox flava, J. B. ii. 666. Chab. 228. The Tulip, In hortis reperitur. Vere floret. Usu.

Radix. Vires. Eisdem viribus cum Battatis & Pastinacis latifoliis à quibusdam prædita affirmatur.

IX. De Ornithogalo.

Notæ sunt, Stamina florum lata, spicata, quorum tria acuminata, tria bifida, seu sinuata sunt; stamina hæc capitulum seu stylum includunt arête cœcinitia, etiam explicatis foliis exterioribus. Florum petala aversâ parte lineis viridentibus plerumque notata, Raii Method. A. p. 119.

A. Ornithogalon, Offic. Chab. 219. Ger. 132. Emac. 161. Ornithogalon vulgare, Park. Parad. 136. Ornithogalon vulgare & verius, J. B. ii. 630. Raii Hist. ii. 1153. Synop. iii. 372. Ornithogalon umbellatum medium angustifolium, C. B. Pin. 70. Tourn. Inst. 378. Elem. Bot. 301. Boerb. Ind. A. ii. 142. Rupp. Flor. Jen. 120. Ornithogalon umbellatum minus candidum vulgare, Hist. Oxon. ii. 378. Star of Bethlehem. In hortis colitur. Maio floret. Usu. Radix, semen. Vires. Radix cruda, & cocta manditur. [Semen] coquitur cum pane, ut Melanthium, Diosc.

X. De Hyacintho.

Spicam florum nudam, seu nullo perianthio involutam producit; florum staminibus tenuibus & angustis, petalis puris seu unicoloribus ab aliis differt, Raii Synop. p. 167.

A. 1. Hyacinthus, Offic. Hyacinthus Anglicus, Ger. 99. Emac. 111. Raii Hist. ii. 1159. Synop. iii. 373. Mer. Pin. 64. Hyacinthus Anglicus vulgaris, Merc. Bot. i. 43. Phyt. Brit. 60. Hyacinthus Anglicus sive Belgicus, J. B. ii. 585. Hyacinthus Anglicus, Belgicus, vel Hispanicus, Park. Parad. 122. Hyacinthus oblongo flore cæruleus, major, C. B. Pin. 43. Tourn. Inst. 344. Elem. Bot. 287. Boerb. Ind. A. ii. 111. Hyacinthus major, oblongo, cæruleo, pendulo flore, Hist. Oxon. ii. 375. Virebells. In sylvis, & dumetis. Aprili floret. Usu. Radix. Vires. Sistit alvum, & urinam ducit pota; morbum regium depurgat, Galen.

A. 2. Bulbus Vomitorius, Offic. Muscari Clusii, Ger. 105. Emac. 120. Muscari obsoletiore flore, Tourn. Inst. 348. Muscari majus obsoletiore flore, Elem. Bot. 288. Muscari obsoletiore flore, ex purpura viridente, Boerb. Ind. A. ii. 114. Hyacinthus

cinthus racemosus moschatus, *C. B. Pin.* 43. *Raii Hist.* ii. 1162. Hyacinthus racemosus seu botryoides major, seu Muscari majus obsoleto albo flore, *Hist. Oxon.* ii. 372. Hyacinthus botryoides major moschatus, five Muscari flore cinericeo, *Park. Parad.* 112. Hyacinthus odoratissimus, dictus Tibcadi & Muscari, *J. B.* ii. 578. Hyacinthus odoratissimus, Dipeadi & Muscari dictus, *Chab.* 207. **Musk-grape-Flower.** In vicinis Constantinopoli hortis. Aprilii floret. *Ufu.* Radix. *Vires.* Ea mansa, vel decoctum potum vesicæ malis medetur. Vomitiones movet, *Diosc.*

XI. De Scilla.

Floribus folia antevertentibus, bulbo grandi, & loco natali ab omnibus hujus generis differt.

A. 1. Scylla, *Offic.* Scilla vulgaris radice rubra, *C. B. Pin.* 73. *Raii Hist.* ii. 1164. *Hist. Oxon.* ii. 395. *Boerb. Ind. A.* ii. 143. Scilla rubra magna vulgaris, *J. B.* ii. 615. Scilla rubra, five Pancratium verum, *Park. Parad.* 133. Pancratium Clusii, *Ger.* 136. *Emac.* 172. Ornithogalon maritimum, seu Scilla radice rubra, *Tourn. Inst.* 381. *Elem. Bot.* 302. Cepa maris, & Squilla, *Offic. Germ. Volk. Flor. Nor.* 341. **Squill, or Sea-Union.** Floret Septembri. In *Ufu* est Radix, ex Hispania ad nos delata. *Vires.* Saporis acris & amari est; attenuat, aperit, discutit; diuretica est. *Ufus* præcip. in obstructione hepatis, lienis, meatus biliarii, mensium, urinæ; in mucilagine pulmonum, tussi, &c. *Schrod.*

XII. De Sisyrinchio.

NOS à flore distinximus, cujus folia illa, quæ sursum reflectuntur in Iride [bulbosa] bifida sunt, in Sisyrinchio integra, *R. Method. A.* p. 117.

A. 1. Sisyrinchium, *Offic.* Sisyrinchium Theophrasti, *Col. Ecph.* i. 328. *Raii Hist.* ii. 1167. Sisyrinchium minus angustifolium, *C. B. Pin.* 41. *Hist. Oxon.* ii. 346. Crocus Italicus parvo flore, radice rostrata, *Elem. Bot.* 290. Bulbocodium Crocifolium flore parvo, violaceo, *Tourn. Coroll.* 50. *Boerb. Ind. A.* ii. 118. **Spanish Nut.** In Cirinola succrevit. *Ufu.* Radix.

A. 2. Scilla alba, *Ind. Med. cviii. Park. Parad.* 133. Scilla radice alba, *C. B. Pin.* 73. *Raii Hist.* ii. 1164. *Boerb. Ind. A.* ii. 143. Scilla Hispanica vulgaris, *Ger. Emac.* 171. Scilla magna alba, *J. B.* ii. 618. Ornithogalon mariti-

mum, seu Scilla radice alba, *Tourn. Inst.* 381. *Elem. Bot.* 302. **The White Squill.** *Ufu.* Radix, quæ indiscriminatim cum priore adhibetur, & eisdem viribus pollet.

XIII. De Croco.

Notæ sunt, Flores nudi, erecti, ab ipsa statim radice orti, absque pediculis herbaceis; folia angusta, graminea, linea in medio alba secundum longitudinem decurrente, *Raii Synop.* p. 167.

A. Crocus, *Offic.* *Ger.* 123. *Emac.* 151. *Raii Hist.* ii. 1176. *Synop.* iii. 374. *J. B.* ii. 637. Crocus vel Crocum, *Chab.* 222. Crocus sativus, *C. B. Pin.* 65. *Tourn. Inst.* 350. *Elem. Bot.* 289. *Boerb. Ind. A.* ii. 120. *Rupp. Flor. Jen.* 26. *Mer. Pin.* 31. Crocus genuinus five sativus, *Merc. Bot.* ii. 19. *Phyt. Brit.* 33. Crocus sativus Autumnalis, *Park. Parad.* 167. Crocus Autumnalis sativus, *Hist. Oxon.* ii. 335. **Saffron.** In Anglia & Hispania seritur. Septembri floret. *Ufu* sunt styli terni, prælongi, flammæ ruboris. Eliguntur aurei seu flammæ coloris, saporis subacris & subamari, & pinguis, odoris fragrantissimi, qui bene siccantur. *Vires.* Cordialis est, ac pulmonicus, uterinus; aperit, digerit, emollit; anodynus est; somnum conciliat; menses ac foetum pellit. *Ufus* ejus frequens in Syncope, in apoplexia, in hysteris affectibus, in ictero, in peste, aliisque venenosis morbis, *Schrod.* V. plura in *Hertodii Crocologia.*

XIV. De Hermodactylo.

A. **H**ermodactylus, *Offic. Park. Theat.* 1587. *Chab.* 228. *Mill. Cat.* 53. Hermodactylus Officinarum, *Ger. Emac.* 164. *Raii Hist.* ii. 1172. Colchicum radice siccata alba, *C. B. Pin.* 67. Colchicum minus malignum, five Hermodactylus Officinarum, *J. B.* ii. 658. An Colchicum Chionense floribus Eritulariæ instar, tessulatus foliis undulatis, *Hist. Oxon.* ii. 341? Colchicum variegatum, *Corn.* 173. **Hermodactyl.** *Ufu.* Radix oblonga, tuberosa, compressa, albida, saporis subdulcis. Probatum candidus, corpulentus, plenus, gravis, compactus, qui leni contusione in pulverem facile redigitur. Ex Syria ad nos transportatur. *Vires.* Pituitam crassam, lentam, aliosque humores viscidos, peculiariter à juncturis, efficaciter trahit, ob id articulorum affectibus, Chirurgiæ, Polagiæ, &c. conducit, *Schrod.*

An *Colchici radix* sit *Hermodytylus Officinarum* non ausim determinare, inter Auctores enim controvertitur, aliis id affirmantibus, aliis negantibus. Quin & Botanicis, qui *Colchicum* esse negant, quid sit hæc radix inter se minime convenit; alii enim *Dentis Canini*, alii *Iridis tuberosæ*, alii *Cyclamini* speciem esse autumant.

XV. De *Colchico*.

Foliis latis, vasculis seminalibus majoribus à *Croco* differt; flores nudi à radice statim orti, absque pediculis herbaceis, *Liliaceis* similes, R. Meth. p. 116.

A. 1. *Colchicum*, Offic. J. B. ii. 649. Chab. 225. Dill. Cat. Giff. 175. *Colchicum* commune, C. B. Pin. 67. Raii Hist. ii. 1170. Synop. iii. 373. Hist. Oxon. ii. 340. Buxb. 77. Rupp. Flor. Jen. 27. Tourn. Inst. 348. Elem. Bot. 388. Boerb. Ind. A. ii. 117. *Colchicum* purpureum & Anglicum album, Ger. 127. Emac. 157. Park. Parad. 153. *Colchicum* Anglicum purpureum, ac etiam flore albo, sed rarius, Mer. Pin. 28. *Colchicum* purpureum, ac etiam flore albo, sed rarius, Merc. Bot. i. 29. Phyt. Brit. 29. **Deadly Saffron.** In pratis solo pingui occurrit. Autumno floret. Ufu. Radix. Vires. Comestis fungorum more, strangulando enecat, Diosc. Radix habetur à nonnullis pro *Hermodytylo* Officinali; venenata est; commendatur tamen arthride laborantibus extrinsecus applicata, Buxb. Vide J. B. De vi alexipharmaca, vid. Wedelius.

A. 2. *Ephemerum*, Offic. Chab. 225. **Deadly Saffron.** In sylvis, & opacis; & à *Dioscoride* sic breviter describitur: *Folia* habet *Lilii*, sed tenuiora; caulem parvum; florem candidum, amarum, semen molle; radicem unam, digitali crassitudine, longam, astringentem, odoratam. Vires. Hujus radix dentibus præcipua, si decocto ejus colluantur. Folia in vino cocta discutunt tumores & tubercula, quæ nihil adhuc humidi contraxerunt, Diosc.

Per *Ephemerum* plantam deleteriam tantum intellexisse videtur *Theophrastus*, ut rectè observat *Chabreas*. *Dioscorides* autem nullam *Ephemerum* vim lethalem assignat. *Plinius* non tantum exitiosam, sed etiam salutiferam esse affirmat; unde ab eruditis valde ambigitur de hac planta, nec adhuc quo referenda sit inter eos convenit. C. *Baobinus* sub hoc nomine duas proponit plantas; & *Columna Digitalis* quandam speciem pro ea habet: *Mauritani*, & eos secuti superioris ætatis

Medici *Ephemerum* cum *Hermodytylis* confuderunt.

XVI. De *Gladiolo*.

Folia *Gladii* laminam referunt; floris structura peculiaris est; inferius enim tubulosus, superne in duo velut labia expanditur, quorum superius simplex est, & in alveum inflexum, inferius in quinque partes divisum. Radix duplici tubere constat, altero alteri superincumbente, Raii Method. A.

A. *Gladiolus*, Offic. *Gladiolus Narbonensis*, Park. Parad. 189. *Gladiolus Italicus*, Ger. 95. Emac. 104. *Gladiolus* floribus ex uno versu dispositis major, C. B. Pin. 41. Hist. Oxon. ii. 343. Tourn. Inst. 365. Elem. Bot. 293. Boerb. Ind. A. ii. 127. *Gladiolus* five *Xiphion*, J. B. ii. 701. Chab. 239. Raii Hist. ii. 1168. *Gladiolus Germanicus* floribus ex uno versu dispositis, Rupp. Flor. Jen. 201. *Gladiolus minor* floribus ex uno versu dispositis, Buxb. 140. *Victoralis rotunda*, Offic. Germ. **Coyn-Flag.** In hortis nostris colitur. Junio floret. Ufu. Radix. Vires. Attrahendi, discutiendi, & nimirum siccandi vim habet, Galen. Commendatur vi alexipharmacæ, & antipestilentiali. A superstitione plebe adversus veneficia, & ad corpus armis impenetrabile reddendum proficius existimatur, Buxb.

XVII. De *Dente Canino*.

Notæ sunt, Flos in uno caule unicus, hexapetalos, deorsum natans, petalis reflexis; fructus in terna loculamenta divisus, quorum singula seminibus oblongis repleta. Adde radicem carnosam *Dentis Canini* quodammodo figurâ, Raii Method. A. p. 119.

A. *Dens Caninus*, Offic. Ger. 154. Emac. 204. *Dens Caninus* flore purpurascens, & flore rubro, Park. Parad. 194. *Dens Canis* latiore rotundioreque folio, C. B. Pin. 87. Raii Hist. ii. 1178. Rupp. Flor. Jen. 120. *Dens Canis* latiore rotundioreque folio, flore purpurascens, Hist. Oxon. ii. 344. *Satyrium* quorundam *Erythronium* bifolium, flore unico radiato, purpureo, J. B. ii. 680. *Satyrium* *Erythronium* quorundam, *Dentalis* species aliis, Chab. 233. **Dog's tooth Violet.** Ad quorundam montium radices reperitur. Aprili floret. Ufu. Radix. Vires. Dolores colicos mitigat; epilepticos pueros juvat; ventris

eris lineas juvat; Venerem stimulat; corpus nutrit.

A nonnullis Satyrium Erythronium *Dioscoridis* creditur, sed erronee, *Parkinsoni* iudicio, qui Tulipam pro ea habet.

SECTIO VIGESIMA QUARTA.

Herbæ Bulbosæ affines.

Herbæ Bulbosæ affines dividi possunt vel à

- Numero petalorum in flore, in
 - Enneapetalas, folio gladii figuram referente, cum acie cauli obversa: *Iris*.
 - Hexapetalas, radicibus tuberosis aut crassis,
 - Maximas, foliis crassis, succulentis, ad margines aculeatis; radice succum crassum, flavum, insigniter amarum fundente: *Aloe*.
 - Minores, flore minore stellato; semine triquetro: *Asphodelus*.
 - Pentapetalas, florum petalis reflexis ad ungues junctis, radice orbiculatâ: *Cyclamen*.
 - Tetrapetalas, radice tuberosâ: *Curcuma*.
 - Monopetalas, flore sedis fructus coherente; radice tuberosâ, pistillo pro stylo in medio flore nudo, sapore acri; foliis
 - Laciniatis, caule pelli serpentini in modum maculato: *Dracontium*.
 - Integris major: *Arum*.
- Figurâ floris galeatâ aut labiatâ, quæ vel sunt
 - Aphyllæ, nullis neque à radice, neque in caulibus foliis virentibus; radicibus squamosis: *Hypocistis*.
 - Foliose, radicibus
 - Tuberosis, gemino tubere adhærente: *Orchis*.
 - Fibrosis, foliis planis virentibus, perpetuis: *Pyrola*.

I. De Iride.

Notæ sunt, Flores enneapetali; folia gladii figuram referentia, acie cauli obversa, R. Synop. p. 168.

A. 1. *Iris vulgaris nostras, hortensis, Offic. Iris vulgaris, Ger. 46. Emac. 50. Raii Hist. ii. 1280. Iris purpurea sive vulgaris, Park. Parad. 181. Iris vulgaris Germanica sive sylvestris, C. B. Pin. 30. Tourn. Inst. 358. Elem. Bot. 291. Rupp. Flor. Jen. 25. Buxb. 168. Iris vulgaris violacea sive purpurea sylvestris, J. B. ii. 709. Chab. 240. Common Flower-de-luce.* In hortis translata cultura speciosior redditur. Maio floret. *Ufu.* Radix recens. *Vires.* Siccat; valde hydragoga est, ac errhina. *Ufus præcip.* in hydropticorum aqua educenda. *Extrinsicus* in impetiginibus, aliisque corporis maculis detergendis.

A. 2. *Iris Florentina, Iris Illyrica, Offic. Iris Florentina, Ger. 47. Emac. 52. Iris alba Florentina, C. B. Pin. 31. Park. Parad. 180. Tourn. Inst. 358. Boerb. Ind. A. ii. 124. Hist. Oxon. ii. 351. Iris flore albo, J. B. ii. 719. Chab. 241. Raii Hist. ii. 1180. Florentine Iris.* In hortis colitur. Maio floret. *Ufu.* Radix oblonga, digitum crassa, paululum compressa, odoris fragrantis. *Vires.* Incidit, attenuat, expectorat, digerit, abstergit, emollit. *Ufus præcip.* in mucilagine seu tartaro pulmonum, tussi, asthma, obstructione mensium, torminibus ventris infantum. *Extrinsicus* abstergit cutis maculas & lentigines, oris fetorem emendat, *Schrod.*

A. 3. *Acorus adulterinus, Pseudoacorus, Gladiolus luteus, Offic. Acorus adulterinus, C. B. Pin. 34. Acorus palustris, sive Pseudoiris, & Iris lutea palustris, Park. Theat. 1219. Acorus nostras palustris, Mer. Bot. i. 16. Phyt. Brit. 2. Iris lutea palustris, Ger. 46. Emac. 50. Raii Hist. ii. 1186. Synop. iii. 374. Rupp. Flor. Jen. 26. Tourn. Inst. 360. Elem. Bot. 192. Iris palustris lutea, sive Acorus adulterinus, J. B. ii. 732. Chab. 244. Dill. Cat. Giff. 79. Buxb. 168. Ballard Acorus.* In palustribus. Maio floret. *Ufu.* Radix. *Vires.* Exsiccat, parum calefacit, attenuat, attringit, roborat, resolvit; vi peculiari ad nervosi generis & cerebri affectus commendatur, ut ad dysenteriam, aliosque fluxus alvi ac uteri sistendos, *Schrod.*

A. 4. *Iris*